Vomitoria Cathartica.

HAec quoque aluum mouent, quia purum vomitorium nullum datur, fieri enim non potest, vt excremento vt medicamenti a longinquis partibus ad intestina, & ventriculum attracto vtriusque partis expultrix ad excretionem non irritetur. Quibus os supernum ventriculi debilius est, horum medicamentorum ope maior fit vomitus quam deiectio, aut si infernum sit debilies, maior deiectio, autquam vomitio, quod etiam accidit, si epoto medicamento adhibeantur roborantia os stomachi.

Vomitoria Cathartica.

Asari rad. purgat pituitam, & bilem, Datur in infusione a drach. 2. ad 5. pulvis a drachm. v. ad 2. cum oxymel.

Coluteæ vesicariæ semen purgat pituitam, & datur in subst. a drachm. 1. ad drachm. 2. in M. a drac. 2. ad vnc. ss. cum vino aromatico.

Furentia.

Antimonium purgat aqu. pituitam, & bilem flauam. Datur in subst. a gr. 3. ad 7. circiter in M. a gr. 5. ad 10. exhibetur

vel

vel virrificatum, vel eius flor. vel oleum in aqu. frigidam præcipitatum, vel tinctum in potu cum vino aromatico, in bolo cum conserua rosarum vel rorismarini sp. Diarrhod. Abbat. vel pilul. aromaticis.

Anagyris semen purgat pituitam crassam, & serositates. Datur in subst. a scrup. 2. ad drachm. 1. cum semin citri.

Elaterium purgat aqu. pituitam, & bilem flauam, si paretur sine expressione. Datur à gr. 1. ad gr. 6. si cum expressione, a gr. 3. ad gr. 10. cum pil. alephanginis.

Ellebori albi rad. præparata purgat aqu. pituitam bilem. Datur a scr. ss. ad scrup. 1. Non datur in substant. sed radix infunditur, vel infigitur raphano per noctem, & succus expressus bibitur, vel infigitur malo cydonio, coquitur, & cotonei frustum exhibetur cum nymphæa; & ptisana liquidior datur superbibenda, vel panatella pinguis ad corrigendum singultum.

Mandragoræ rad. succus purgat pituitam aqu. & bilem Datur a gr. 10. ad scrup. 1. cum vino generoso.

Mercurius vitæ Quercet. purgat crassos humores Datur a gran. 10. cum auro, & aromatibus, aptatur lui Gallicæ & antiquis malis. Eiusdem facultatis sunt

Pul-

Puluis Algaroti, Præcipitatum dulcificatum, Turbith. Minerale Quercet. Quorum descripit. vide apud Quercet. in consilii de lue gallica.

Lathyridis auulsa infernè sursum folia purgant pituitam crassam, & aqu. Dantur in decoct. a scrup. 4. Cor. sem. citri, vel absinthio.

Tabaci virentis succus per se exhibitus a dr. 1. ad drach. 2. cum emulsi semin, citri purgat omnes humores.

Errhina.

ERrhina Latinis Nasalia, humorem in capite contentum sensibiliter eliciunt per nares, laxando, humectandoue, siue pituitam fundendo, siue expultricem cerebri irritando, siue denique trahente facultate humorem alliciendo, quorum omnium tres sunt gradus, & quadruplex exhibendi modus. Sunt temperata, Mediocria, & Valentia.

Administrantur liquida infusa, in pulverem trita, & insufflata; & turundæ in modum indita, & naribus illita. Ex his quædam sternutamentum excitant, & sternutatoria dicuntur, quorum quæ non sunt fortia sternutamentum non efficiunt. Fortia verò acria, & pulverizata, & insufflata efficiunt. Ista Errhina nimirum,

sunt

Sunt temperata, & mordacitatis experti licet eorum aliqua ob vim tractricem o lidas moliantur vacuationes, quæ omn notantur asterico.

Debiliora.

Amygdal.dulcium oleum illitum.
Hordei aqua,vel sola,vel cum manna.
Maluarum aqu.& succus.

Mediocria.

Anagallidis succus.
Agaricus. *
Betonica.
Betæ | Fol.succus. / Rad.in turundam formata.
Bliti succus.
Brassicæ succus, & decoct.
Chelidonium maius.
Cortex mali aurantij inditus.
Cyclaminis radix in turundam forma
Hederæ succus.
Maiorane aqua,& succus.
Tabaci succus, & fumus. *

Valentia.

Anemones succus.
Betæ radicis succus.

Cycla-

Cyclaminis ſuccus.
Cepæ ſuccus.
Elaterinm.
Ellebori nigri decoct.& puluis.
Nigellæ decoctum,& puluis.
Pyrethri puluis.
Piperis puluis.

Ἀποφλεγματίσματα.

APophlegmatiſmata caput mediantibus palati ductibus purgant, & magis propriè apophlegmatiſmata appellantur, quæ cum errhinis facultate conueniunt. Eorum pariter tres ſunt gradus, & totidem adminiſtrandi modi; nam vel dentibus atteruntur maſticatoria dicta, vel gargarizantur, vnde gargariſmi, vel penna illinuntur palato.

Maſticatorij temperati materia.

Amygdal.amara.
Charta dentibus trita.
Ficus paſſa.
Maſtiche.
Mali citrii fruſtum integrum.
Thus.
Vua paſſa.

Mediocris.

Carpeſium.

Cardamomum.
Caryophylli Indi.
Cinnamomum
Contraieruæ rad.cortex.
Cubebæ.
Cyperus.
Folium Indicum.
Fœniculi ſem.
Imperatoriæ rad.
Iuniperi grana.
Lauri baecę.
Lignum aloes.
Nux moſchata.

Valentis.

Naſturtium.
Piper.
Pyrethrum.
Piperitis.
Staphiſagria.
Sinapi.
Zedoaria.
Zingiber.

Hæc, vt ſuauiora fiant ægro, compon-
tur cum ſaccharo, melle, paſſulis, am-
dal. dulc. gratia ſaporis: ambra, moſch
trochiſcis de gallia gratia odoris,
momento ceræ, ne materia difluat
tia dentes.

Gar-